

**A** Si matrix foras exierit, aut tumorem habuerit, folia cicutæ, abrotani, camphoræ, pinse fortiter, & pone desuper. ¶ Ad retinendum partum. Spolium serpentis cum mica panis dabis comedendum nescienti, mire prodest. ¶ Ad matricem reuocandam. Testas ouorum gallinæ, ex quibus pulli excluduntur, incende, deinde superasperge picem nigram, & superextende, & reuocabitur ex toto. ¶ Ad excitandam mulieris libidinem. Sanguis uespertilionis in floccello lanæ collectus nescienti sub capite ponatur.

† al. herba camphorata.

*De passionibus genuum, & tiliarum.*

Centri galli succus, genibus, & cruribus ad ignem uel ad Solem illinitus omnem dolorem extirpat, & neruorum contractionem penitus tollit: probatum est. ¶ Ad ulcera tiliarum. Fel caprinum cum resina & cerusa misce, & pone super ulcera. ¶ Emplastrum ad inflationem, quæ fit in cruribus, & in coxis. Stercus columbinum album cum forti aceto mistum, & tritum, & in aluta inductum superpone. ¶ Aliud probatum ad inflationem, quæ fit cum rubore & calore. Farinam hordei, & fabæ tolle, & in aqua coque, & superpone. ¶ Ad omnem ulcerationem tiliarum, cicatricem, uel maculam nigram, uel albam. Pulueris plumbi usti facti cum ligno auellanæ, aut lentisci. ʒ. viij. olibani, myrrhæ, aloes, mastiches añ. ʒ. i. oleum uiride, & modicum aceti exagita miscendo in corpus unum, & in folijs hederæ inductum superpone. ¶ Ad tumorem genu. Fac bullire radicem brusci bene, & postea pinse cum axungia, & pauco † saluiæ & infascia, omnem tumorem tollit. ¶ Unguentum ad tibus fractas de phlegmate salso. Folia persici, hederæ terrestris, colophonix, picis, oleum de spica, oleum commune, sepum, & ceram, & lithargyrum de auro. ¶ Ad dolorem genuum. Bibe succum rutæ. ¶ Pro dolore podagræ. Tere, & fac puluerem de gith, & unge ubi dolor est, & superpone stagnum, & insuper stuppam unge de ipso puluere, & statim dolor recedet. ¶ Unguentum ad idem, & ad qualemcunque dolorem. ʒ. mastiches, olibani ana. ʒ. i. adipem ursinum, et albumen ouorum insimul misce, & accipe cymulas uirides lentisci, & tolle ex eis succum, & adiunge uetus oleum, & distempera, & fac unguentum theodoricon emperiston, ischiadicis, & podagricis subuenit, idem facit philanthropos. ¶ Ad idem. Recipe gariophyllorum, zingiberis, cinnamomi, añ. ʒ. ij. hermodactylorum. ʒ. v. costi, diagridij añ. ʒ. ij. mel quod sufficit. Item ad calidam podagram, succus radicis filicis cum oleo roseo mistus, & inunctus prodest.

† al. salis.

*Ad hominem subtiliandum.*

Puluis ciricus uel ciricon † utilis ad pinguem hominem subtiliandum, & crassiciem superflua deponendam, ita ut ad temperiem tenuitatis, & siccitatis patiente deducat. curat etiã leprosos, & herniosos, pruriginosos, & scabiosos: & si quis hoc usus fuerit, podagrigo, uel arthritico, seu alio aliquo dolore non molestabitur. Quicumque hoc puluere fricari uoluerit, in balneo postquam sudare cœperit, fricetur, & hoc tribus diebus uel amplius interpositis. diebus autem quibus utitur, nullo alio unguento patiens fricetur. à pipere, & salsamentis, & acrimonijs caueat. Recipe [nitri assati] myrrhæ assatæ, sulfuris uiui, opocissi, id est succi hederæ, iridis illyricæ añ. ʒ. iij. baccarum lauri siccarum, sampuci, ellebori albi, pumicis marini assati, chamæleontis nigri, pyrethri, sinapis, gallæ alexadrinæ, peucedani, pollinis foenigræci, cimolix, tartari, aristolochiæ longæ & rotundæ, gith, orobi, piperis nigri, caulis agrestis, struthij, cardamomi, marrubij, cantharidū, succi sicci elaterij, añ. ʒ. ij. confice sic, hæc omnia subtiliter tere, & in uase uitreo conde, & quando opus fuerit, utere. ¶ Electuarium ad idem. ʒ. gariophyllorum, spicæ, galangæ, zingiberis. añ. ʒ. f. sacchari libras duas & semis. musci. ʒ. i. saccharum coque cum aqua rosata, & ipsa pigmenta pinse diligenter, & misce cum ipsa saccharum, super ignem semper agitando, & quando decoctum fuerit, infunde super marmor. ¶ Ad hominem nimis crassum. Imple patellâ floribus auellanæ, & superfuso uino agitata fortiter, & bulliat die ac nocte, & semper quando siccatur, funde uinum, & cola, & bibat ieiunus. ʒ. iij. per dies quinque, & comedat ad prandium, hoc faciat mense Februario. ¶ Ad idem. Tolle tartarum, & fac puluerem, et de omni cibo intincto in eo comede. desiccet enim pinguedinem. Hierarufina scabiolis, & leprosis utilissima est. ¶ Unguentum ad mala nascentia. Aloes, olibani, mastiches, myrrhæ, arsenici, boli armeni, colophonix, sandarachæ, terebinthinæ, æruginis campanæ, spumæ argenti, galbani, ammoniaci, sagapeni, resinæ, gummi persici, picis navalis ana lib. ij. tragaganthæ, aristolochiæ longæ, gomphitæ, castorij, floris plumbi añ. ʒ. iij. ceræ libras duas, sepi taurini. ʒ. iij. ¶ Oleum frumenti ad scabiem, & ad herpetas, quod ita conficitur. Pone frumentum inter duo ferra menta calida, & exprime fortiter oleum. ¶ Ad sacrum ignem. Accipe picem, & uitellum oui crudi, & fac emplastrum, & pone desuper. Unguentum etiam de oleo frumenti probatum est. ¶ Ad morfeam nigram. Erysimon cum uino bibat, & sanabitur. ¶ Ad sanguinem stringendum undecunque exeat. Testiculos in aceto pone, pedes in frigidâ, & statim cessabit. ¶ Ad carbunculos. In primis ligamalas uas coctas cum butyro uel sagimine, & appone, & mutetur in die, deinde appone emplastrum istud, quod carbunculum cito aperit. Recipe ficuum pinguium passarum, cepæ coctæ, galbani, ammoniaci, lactis mulieris, maluarum coctarum, carbonum, uel cinerum uitis uinæ, testudinis uiuæ unius, pinguedinis porci recentis uel ueteris, æquale pondus, tere, & appone, usque dum aperiat. ¶ Ad idem. Accipe cinerem pruni, & distempera cum uitellis ouorum, & pone super, & postea accipe ficus siccas, & parum olei, & arsenici, & tempera totum simul, & appone, deinde ap-

† al. asyricus

de ap.

GAL. ATTRIBVTVS ALTER

de appone terebinthinam, & galbanum, quando putredo exire cœperit. si multi carbunculi exierint, tolle sanguinem de brachijs, & da laxatiuum. ¶ Ad pustulas quas habet infans in manibus & pedibus ultra modum. Accipe scyllam, & hyoscyamum ipsam herbam, & sambuci frondes, equo pondere, & pinsito, & coque in aceto inde multum, & appone. ¶ Ad omnia apostemata exteriora, siue tumores. Agrimoniam, uerbenā, quinquefolium, æquis si teres & impones ponderibus, cum aceto coquas adiecta semper uiua sanabis. ¶ Ad rumpendum apostema. Fermentum, olibanum, axungia, lac fœminæ. ¶ Ad apostema subtiliandum. Libyiticum feruefacias in aqua, pinsito cum pinguedine, & pone desuper. ¶ Ad sacrum ignem, uel calorem membrorum, qui per aliquam occasionem nascitur. R. Silymbrij, rutæ, rubi, solani, omnium quatuor cymarum. M. i. radicis lilij domestici. ʒ. i. aloes. ʒ. ij. cymini. ʒ. i. albumen oui unum, aceti phialam unam, olei phialam unam. prædictas herbas tere fortiter, & succum earum cum prædictis commisce, fortiterq; cola, & cum penna unge loca languentia, & miraberis. ¶ Ad scabiem. Radices lapathioli coque, & axungiam porcina cum eis uehementer tere, & argentum uiuum cum cinere & sputo distempera, & cum eis misce, & uehementer confice, inunge, & miraberis. ¶ Unguentum ad pustulas, uel lepram, siue prurimum. Florem tithymalli cum aceto coque fortiter, & oleum modicum misce, & inunge usq; dum sanus fuerit.

De modo cognoscendi cancrum à carbunculo.

Sic poteris cognoscere cancrum à carbunculo, in principio carbunculus quippe durus est, & rubens nimis & ardens, & dolet quamplurimum in ossibus & neruis, & cito facit caput. Sed cancer non tantum rubet, neq; tantum dolet, sed durior est, & non tam cito facit caput, & plus occupat: qui quando mollescere incipit, perfora cum ferro quasi carbunculum & nepitam, apium, betonicam, agrimoniam, chama dryon, trifolium, satireiam, pimpinellam, subtusillam, carduum, fragifolium, millefolium, añ. M. unum, teras, & cum uino & pipere dabis in potum mane & sero. Quæ alia optima, sed ualde grauior. Aloes drachmas duas, aristolochiæ longæ drachmas quinque, sanguinis draconis drachmas tres, castorij. ʒ. ij. pæoniæ. ʒ. v. thuris, myrrhæ añ. ʒ. iij. ammoniaci. ʒ. ij. succi saluæ uel foliorum añ. ʒ. iij. decoque usque ad dimidium lento igne, ipsumq; in uase picato mitte, & pigmenta in linteolo mundissimo ligata in medium liquorẽ pendere facias, & de populo arbore puluerem facias, de supradicta portione calicem medium dabis quotidie, & de puluere populi quantum tribus digitis leuare poteris in uino cocto distemperato. ¶ Ad idem. Accipe album secessum canis, prasiū, plantaginem. añ. ʒ. ʒ. calcis uiuæ. ʒ. ij. pulueriza totum, & supra malum pone, & postea pone unguentum marciaton, mane, & sero muta illud, & ablue in omni mutatione de uino calido. Si uero aliqua pars mortuæ carnis remanserit, abscinde cum ferro. Si autem longi temporis fuerit malum, & per prædicta sanari non poterit, oportet incidere circumcirca, & postea apponere prædicta. ¶ Ad idem. Lenticulæ, quæ in stagnis nascitur, uel fontibus, uel alijs aquis, succus supra cancrum positus eum occidit. Similiter facit doliachæ succus cum porcina pinguedine mistus, & ipsa herba pinsita & superposita cum succo & pinguedine dictis prodest ualde.

¶ Ad idem. Succum ebuli, succum aristolochiæ rotundæ, aut puluerem eius, & albumen oui fortiter commisce, sed non ut durum sit, sed molle, & taliter totum cancrum ex eo penna linies, & de frondibus septemneruiæ illum cooperies, sed per singulos dies mane & sero mutabis, & quando mutare uolueris, cum penna in uino infusa cancrum prius ablue, & unge doctrina supradicta.

¶ Puluis ad cancrum. Calcis uiuæ nouies ablutæ, nouem grana piperis, auripigmenti, aceti, & mellis. & farina hordei, fac focaciolam, & sub testa coque usque dum incēdatur, & pinsito, & fac puluerem, & ubi opus fuerit, mitte. ¶ Unguentum ad serpiginem, & carnem mortuam manducandam. Recipe aristolochiæ rotundæ, radices enulæ, cortices caprifici, cortices alburni, lotium hominis, hæc omnia simul coque fortiter, postea pinse, & confice cum axungia, & utere. ¶ Ad cancrum. Vlcus primum forti & calido aceto bene laua: deinde cum panno lineo detergendo exicca, quo facto, puluerem gallæ subtilem superasperge, hoc fac bis uel ter in die, donec sanetur. ¶ Ad idem. Sume mentastrum, & eo siccato fortiter frica inter manus, cui mentastro tertiam partem salis misce, & simul omnia fortiter tere, quibus tritis super stipites ardentes pone, ut utrunq; bene comburatur. quod quando fuerit combustum, bene iterum teratur, quorum puluis ter in die aspergatur. ¶ Pro carne sananda. Linguae bouis radicem tere, succum cuius ut pastillum superpone. ¶ Res probata ad cancrum uulnera, quæ depascuntur in circuitu. Accipe quotquot habere poteris felliculorū, & scinde, & extrahe succum, ut sit dimidia phiala, sed prius laua plagam de uino tepido, et tunc accipe tres peciolas de pãno lineo, & in succo illo infunde, & ad ignem calefactæ una post aliam super uulnus apponantur, & postea de farina tenuissima panis hordeacei cum supradicto succo eidem plagæ superponatur. ¶ Ad cancrum res probata. Caput gruis & uētriculum cum petris omnibus quæ in eis sunt sicca in furno, & fac puluerẽ, & superasperge. hoc non solum cancrum, sed omnia uulnera sanat. ¶ Item aliud probatum ad idem. Mustellam uiuā mitte in ollam nouā, et bene cooperi de regula & argilla, & mitte in furnū calidum, & ea combusta fac puluerẽ, & de ostrea testa similiter, & asperge, & post diē tertium laua de uino. ¶ Probatum ad fistulam. Accipe terrā francigenā, & galeatū, idest gallam rotundam, & pulueriza, & pone desuper, & sanabitur. Cortice quercino siccetur fistula primo, Postea sanatur, si mumia sæpe bibatur, Maiorum pulueris hominū rapta sepulchris.

† a. P. centum, ʒ. li.

† a. P. non.

¶ Ad

**A** ¶ *Ad scabiem probatum.* Accipe figiam græcam, & olei cōmunis partem .i. & duas aceti, & coque in modum unguenti, & unge in balneo. ¶ *Puluis ad cancrum.* R. atramenti, sarcocollæ, amenti salii et dulcis, salis gemmæ, olibani, mastiches, añ. ʒ. i. piperis. ʒ. vi. ¶ *Ad idem.* Brancam lupinam quæ inferius est rotunda tere cum sale & fuligine, & parum de sanguine, & pone eo mortuo. Ad sanandum, puluerem aloes pone. ¶ *Ad carnem malam, uel ad cancrum.* Pinse tartarum fortiter temperatum cum melle, & mitte in panno lineo, & liga cum licio, & mitte in foco ut ardeat, & fac puluerem, et superpone. Item testam allij, fabas, & panem frumenti incende in olla, & cum isto puluere misce puluerem gallæ, & salis, laua prius de uino, & postea sparge de hoc in die bis uel ter.

## De fistula.

*Ad fistulam.* Radicem lapathioli, qui rufum semen habet in fistula mitte: & donec purgata fuerit, per singulos dies singulas radices mutabis: & quādo purgata fuerit, cognosces, quia non ut aqua pus, sed quasi putredo fluit tantum: quando autem hoc uideris, hoc unguēto sanabitur. R. picem, galbanum, ammoniacum, aloen, sepum porcinum nō multum, ceram, & parum olei. prædictas guttas, & gummi genera, & picē, & aloen æqualiter commista liqua ad ignem, & postea ceram, & sepum semotim liquefacta desuper addas, & agita donec conficiatur. ¶ *Ad fistulam.* Raphanū puluerizatum, & quolibet modo fistulis immisum, antea tñ ex aceto ipsa fistula ualde abluta, ualeat. & modo quocunq; superpositum. & infra, uel intra eā liberat. ¶ *Ad idem.* Sume herbam escuminatam nomine, & tere, cuius succum infirmanti mane, qñ ieiunus fuerit, da ad potandum: et de ipso succo per ipsum foramen pone, donec sanus fiat æger. Item accipe costā folij raphani, & mitte usq; ad profundum plagæ ita, ut sanguis egrediatur, aliquanto aut spatio intermisso accipiatur fel taurinum, & calefacito ita, ut duriciē perdat, & ossa gallinarum cōbusta, & in subtilissimū puluerē redacta, ex his ellychnium cōponatur, & ad fundum plagæ mittatur, & interdū ellychnium de cōbusto puluere saccharo aspergatur, & ipsum interdū minuas, donec sanetur fistula. *Ad idem.* Sepiarietis. ʒ. i. gummi. ʒ. f. colophonix. ʒ. ij. f. opoponacis, aristolochiæ longæ, sarcocollæ, æris uiridis añ. ʒ. ij. ceræ citrinæ. ʒ. ij. terēda tere, & de oleo parum pone, ut possint ibi tēperari, & super ignē pone donec sepū & gummi genera liquefiant, & utere qñ opus fuerit. *Ad fistulas tollendas: & uermes occidendos.* Succum plantaginis mitte sæpius. ¶ *Item ad idem.* Potentillam bibat per dies. xxx. probatum est. ¶ *Ad fistulam claudendam.* Thus masculum diligenter tere cū uino ueteri, & inde perunge. ¶ *Ad idem.* Accipe in primis de carne salsa lardonē, & mitte ibi per. iij. dies, & postea emplastrū fac hoc modo, accipe frondes libyistici syluatici, & tere fortiter, & misce ibi de sale cocto puluerizato tñ, quantū sunt frondes, deinde adde axungia ueterē sufficienter, & tere omnia hæc in simul, & fac emplastrum. ¶ *Ad idem.* Accipe tithymallum cū sua radice, & mitte in clibano ut exiccetur, & fac puluerē, & insuffla intus. Item accipe piper, aloem, galbanum, ceram, & oleum, & fac emplastrum, & utere. ¶ *Ad idem.* Pone emplastrum de farina, & alburno, & sinapi, & sale cocto, & de calce extincta, & de saponē spathulano, & de capitello per. ix. dies, deinde teres tres cymas rubi, & tres urticæ per tres dies. Item piper, allium, ficus siccas, radicē petroselini misce, & tere simul, & fac emplastrū, & superpone, & statim interficiet. Itē accipe marmor quod uidetur esse sicut sal, & fac puluerem, & insuffla intus. ¶ *Ad idem.* Accipe farinam lupini, raphani, sinapis, mel arsum, alburni carbonem, omnibus tritis distēpera cum saponē spathulano, & admisto de capitello fac tentam de licio torto ad mensuram fistulæ, & ablue eam mane & sero de capitello.

## De paralyfi.

Hiera fortissima. G. theodoricon emperiston, potio sancti Pauli, & opopyri, paralyticis, arthriticis, & alijs diuersis causis succurrit. ¶ *Potio ad paralyfin Ioannis filij Ligurij medici.* R. mandragoræ. ʒ. iij. castorij. ʒ. iij. piperis grana. ccc. nepitæ, manu plena, uini optimi phialas. xxiiij. bulliat ad medieta tem, & ieiunus bibat phialam .i. & usq; ad nonā ieiunet. ¶ *Ad idem.* R. saluiæ, satureiæ, dictami, saluina, menthæ nigra, cerfolij, foliorū teneræ lauri, quinq; foliæ, betonica, febrifugæ, peucedani, agrimonix, pimpinellæ, artemisiæ, chamædryos, hyperici, millefolij, balsamitæ, pulegij, trifolij, hypocyttidos, hyssopi, pralii, origani. añ. M. i. dabis cum uino. probatum est. ¶ *Vnguentum ad paralyfin.* R. sauinæ pulueris, saluiæ, menthæ, ocymi, pulueris urticæ, balsamitæ pulueris añ. unc. ij. olei lauri phialam .i. ceræ lib. i. olei. ʒ. ʒ. añ. vi. omnia arbitrio tuo tere, & coque, & unge. ¶ *Ad idem.* Herbam centumneruiam, idest barbam sylvianam laua cum .ix. aquis, & tere, et in succo adde duo cochlearia mellis, & sic unge digitos in phialis, da primo galli cantu, si laxat non euadet. ¶ *Item ad arthriticum dolorem.* Accipe micam panis madefactam aqua, & tere, deinde distempera cum succo morgellinæ, uel solatri, uel portulacæ, uel semperuiuæ, uel alicuius refrigeratiuæ, deinde superpone loco dolenti, primū inuncto oleo roseo, postea uero ne nimis loca nervosa desiccantur, adde emplastrum hoc. R. radicem althææ, atq; semen lini, & coque in aqua, atq; fomenta, ad ultimum, accipe farinam lentis, & coque in quatuor partibus mellis, & aqua quantum sufficit, & sic superpone. probatum est. ¶ *Vnguentum ad guttam.* R. radicis bryoniæ, corticis medianæ, sambuci, absinthij, rutæ, saluiæ, hederæ, chelidoniæ, arnoglissi, saliuicæ, aloes, thuris, mellis, olei, ceræ quantum tibi uidetur, & confice. ¶ *Emplastrum ad idem.* Absinthij, radicis ebuli, furfuris tritici, stercoris caprini, fac puluerem, acetum mitte in cacabo, & salis satis, fac bulliat fortiter, & superpone.

¶ *Item*

## GALENO ATTRIBVTVS ALTER

*Item unguentum ad guttam.* ℞. rutæ, hederæ terrestris, absinthij, abrotani, barbæ louis, omnium añ. M. E. i. farina. M. ij. simul tere, & coque in oleo, & butyro, & adipe taurino, uel ueruecino æqualiter, cola, & ubicunq; fuerit gutta unge, & postea in albo panno indue, & pone.

*De ratione medendi ad os fractum.*

Recipe betonica, uiolæ albæ, panem mundum ad cernendum, melangia, hederæ terrestris, pilosella, agrimonia, iunimpha, saluia, ne intumescat. Item betonica sanat & tollit dolorem, saluia aufert dolorem, hederæ terranea curat & mundat, uiola sanat, (plantago soluit dolorem & mundat: agrimonia & pilosella sanant,) melagia iuuat ut nō claudatur uulnus. q̄ si ex omnibus his habere non poteris, accipe saluiam, betonicam, hederam terraneam, uiolam, agrimonia, plantaginem, contere, & succum uino mistum, donec sanus sit æger, solum accipiat potum, folijs supra scriptorum deficientibus, radices indifferenter, aut puluerem ad eundem accipies usum. Abstineat uero patiens ne comedat herbas, caseum, lac, fructus, carnes nisi de castratis, oua, & panem nisi azimum, pultes. ¶ *Ad idem.* ℞. farinam de germano, idest de siligine partes. ij. absinthij partē unam, tere, & misce cū melle, & panno impone, & de raso lardo superpone ei, & super plaga pone bis mutando per diem.

*De plaga.*

*Ad plagam.* Pilosellæ da succū bibere, si reijcit, morietur, si nō, uiuet: prima die plantaginem, et fragam in uino dabis, secunda die gariophyllatam adiunge prædicto uino, tertia die pilosellam, quarto die pimpinellā, quinto die hederā terrestrem, septemneruā sexto die, trāfactis uero diebus septem, subtrahere debes singillatim, è conuerso incipiens ab hederā usq; ad primam quæ est fraga. ¶ *Antidotum contra plagas.* Angelicam, betonicam, agrimonia, pilosellam, hederam terrestrē, septemneruā, uiolam minorem de angelica, coque in uino, & potet tribus uicibus in die. Si sanguinauerit plaga, cum cultello minutatim incide urticam, & intinctā in forti aceto, pone in plaga: statimq; cessabit sanguinis fluxus. ¶ *Unguentū ad plagas.* Anguillas coque in aqua, & collige adipē qui supernatauerit, & de gallinis, & de anseribus, & de scrofino sine sale, saluia succum, rutæ, absinthij, hederæ terrestris, linguæ canis, artemisia, matricula, cicuta, herbæ citri, hyoscyami, strychniboli, olibani, aloes, myrrhæ, ammoniaci. de speciebus añ. 3. i. farina de molendino collectæ in gyro, dactyli ossium, croci orientalis, sandali, acaciæ, ceræ quantum sufficit, ut album fiat. ¶ *Tractum ad aperiendum, purgandum: sanandum dolorem, & carnem mortuam, & carbunculum auferendum.* ℞. succi ebuli, absinthij, cymarū rubi, urticæ, carui, apij, omnium æqualiter, mellis cochlear unum, & albumē unius oui gallinæ, farine siliginis, uel cuiuslibet eorum quæ sunt ad tenuitatem, confice sic: succos & cætera pone in uase, & commiscendo exagita, donec spissum sit & tenax, si plaga profunda sit, pone ex hoc ellychnium perunctum: si uero patula. i. plana, pone super pannum donec sanetur: si uero tractū nimium desiccatur, renoua cū succo solius apij. ¶ *Unguentum ad plagam.* ℞. ceræ citrinæ 3. f. picis, colophonix añ. 3. ij. f. sepi arietis. 3. ij. infunde cū oleo, & pone super ignē donec unguentum fiat. ¶ *Potio ad plagatos.* Betonicam, agrimonia, fragifoliam, asari, uiolæ, linguæ bouis, ambrosiæ, plantaginis minutæ, quinq; folij, hyperici, picis, linguæ ceruinæ, pimpinellæ ad. M. i. tere, & adde aqua lib. iij. mellis cochlear unum, cola, & appone piperis grana. c. & quanto frequentius biberit, tanto celerius sanabitur: sed à uenere abstineat, & omnibus cōtrarijs. ¶ *Ad idem.* Fac sagimen de lardo, & accipe mel, & farinam de sigale, & uinum, & coque simul, & mitte super plagam, mire curat & sanat. Item succus apij, & albumen oui, quibus adde puluerem thuris, & tantū de farina frumenti ut satis spissum sit. ¶ *Ad capitis plagam sic fit.* Diligenter inquire utrum longa sit, an non: an os fractum sit, an non. His præmissis, si profunda fuerit, & testa rupta, primitus capillos tonde, & deinde pāni ellychnium absq; ullo medicamine, uel lardi fiustum excoriatum, iuxta plagæ quantitatem incisum, in ipso ossis hiatu, ne sanies irruens meningas sua putredine extendat, uel aliquid morbi generet, pone: & post pone primo embrocham, quæ sic fit, uinum & oleū, & panem non ex toto arsum fac feruere in sartagine, uel aliquo uase: deinde unguentum fuscum unaquaq; die in plagella pone. memento tamen ut prædictum ellychniū semper adsit donec caro crescat: q̄ si os ruptum non fuerit, sue cum acu in duobus uel tribus locis. hoc dico si plaga magna fuerit: deinde tonsis capillis, embrocham prædictam ad prædictum terminum, & unguentū fuscum in plagella pone. ¶ *Ad plagam profundam cum lancea factam in qualibet parte corporis excepto capite.* Primum pone lardum quantum tibi uideatur, & unguento fusco unge: & tunc pultes hoc modo compositas pone. Vinum, farinam, oleum commune, mel, rutam, saluiam, absinthium, trita cum axungia porcina omnia æquali pondere fac feruere in sartagine: quo facto, cū panno superpone quousq; plaga desiccetur. memeto ut unaquaq; die bis mutetur, nisi prima die, & lardum impone semper æqua quantitate usq; ad vij. dies. deinde unaquaq; die, prout caro solidescet, paulatim minue, quousq; plaga clausa uideatur: & tunc impone emplastrum aliquod. in capite autem nō oportet imponere pultē hanc, sed embrocham prædictam: quia non conuenit nisi pili nascantur, propter constrictionem pororum. ¶ *Unguentum fuscum sic fit.* ℞. olei lib. i. sepi, ceræ añ. 3. vi. picis. 3. ij. saluie, sisymbrij, lentisci, sauinæ, allij, cymarū rutæ. añ. M. i. confice sic. Herbas cum seuo diu contusas cū oleo coque, & cola, deinde ceram adde. ultimo picem, quādoq; liquefactū fuerit remoue, & usui reserua.

**A** referua. ¶ Potio ad plagam sanandam. R. agrimoniam, betonicam, saluiam, plantaginem, folia hedere terrestris, herbae uenti, pinlitis his, confice cum uino, da bibere quousque sanus sit. ¶ Emplastrum ad plagam sanandam. R. farinam siliginis, absinthium, oleum de oliua, axungiam porcinam ueterem, mel quod sufficit. ¶ Unguentum album. R. cerusae. 3. ij. lithargyri. 3. ij. mastiches, condisi añ. 3. i. f. olibani 3. olei rosei, & aceti quod sufficit.

Ad ossa fracta.

Ratio medendi ossa fracta haec est: primum provide ut leuissimis manibus aptes ad proprium locum male incisas fracturas: quo facto, sal, & mel in sartagine compone, & diutissime feruere dimitte, & prout pati poterit calidum superpone cum stuppa, aut bombace, deinde lignula recta plana ad inuicem restibus concatenata circumliga: hoc per triduum fieri necesse est: post triduum uero, reiectis his diu aqua calida fomenta, & facta fomentatione, agrippa, aut dialthæa, aut marciato circumlinies, & bombace, uel stupa circumuolue: & sic unguentum circumuoluere, & circumligare, & fomentare contemplata ætate bis in die mane & uespere oportet. usque ad xx. enim dies solidantur: habita tñ diligentia cura: iuuenis uero usque ad xvij. dies. fenem autem usque ad xxi. uel xxij. uel xxiii. puerorum itaque expectatio usque ad xv. dies. In his ergo diebus constrictorium iuxta prædictam rationem facies ita. R. olibani, mastiches, cera, boli armeni, æquali pondere, ceram solue, & horum puluerem triconizatum superasperge: & ad modum ceroti coque, & tepidum superpone. memeto tñ ut prius sapone, et aqua calida, uel aliquo tali optime lauatur: et sic cerotum superpone. non enim adhæret appositum, propter unguentum. Oportet etiam scire si ulcus affuerit. non enim debet apponi in ulcere. Quod si aliquo casu accidente disiuncta fuerit, ex utraque parte trahatur manibus: ut ad pristinum locum redeat iunctura: quo facto, palma utrarumque manuum locus constringatur, & postea fomentetur aqua calida: deinde circumliniatur agrippa: & tabulae superponantur. huius autem mutatio fiat de tertio in tertium diem semper cum fomentatione, & post, supra scriptum constrictorium appone. Si qua uero costarum hominis fracta fuerit & interius plicata, costam hoc modo reduces ad exteriora: fac constitui ignem longum ad longitudinem hominis, & nudus calefaciat uentrem et costam. tunc uero habens mel coctum, unge manus utrasque ex eo melle, & paulatim manibus perunctis blande tange locum, & trahe suauiter: sic saepe facies trahendo, donec æqualis sit alijs costis. deinde marciato, cæterisque unguentis foueatur, & emplastrum apostolicum, uel diachrysu, uel aliquod quodlibet, donec sanetur, exterius ponatur. ¶ Emplastrum diachrysu, quod latine aureum dicitur, osium fracturam sanat: parotidas, glandulas sanat: splenicum, callum pedis, & hemeranium curat: apostemata, & nascentias, & carbunculos dispergit: emprosthotonum, uel cui in capite, uel ceruice, uel scapulis nerui contrahuntur, & omnem indignationem, uel phrenitin infantium sanat. R. colophonie, resinæ añ. 3. ij. olei. 3. ij. picis lib. i. olibani, auripigmenti, aluminis añ. 3. ij. aceti quod sufficit. Parotidas, glandulas sic incidas, cutem superincide ferro: deinde cum hamulo ferreo subtilissimo glandulas ad te trahe, & tandiu abstrahere pelliculas circumcidendo cum spathula, donec omnes uenulas earum habeas: & sic embrocham de panno incenso superpone, uel aliquod idoneum, ut sanguis stringatur et sanies, embrocha tunc cauatura lauatur, deinde unguentum fuscum apponatur.

De osse fracto.

¶ Ad os fractum. Cerebrum canis cum aceto calido distempera, & superpone in panno lineo. per tres dies dimitte. ¶ Item ad os fractum uel scissum. In simul albumen ouis cum stuppa induc, & circumduc, & desuper liga. ¶ Ad idem. Cera noua, ammoniaci, rosae, myrrhae, croci añ. malagma facito: & in linteolo apponito. ¶ Tractum ad omnem plagam. Aloes, myrrhae, olibani, mastiches, añ. 3. i. picis, cera, colophonie, añ. 3. ij. sicca tere, liquida solue. cola per linteolum, fac magdalionem.

De febribus, & diebus timendis.

¶ Rubra ad febrem tollendam. R. cymini, cozumbrum, myrrhae, anisi, croci, dauci cretici, hyoscyami, añ. 3. i. opij. 3. i. seminis apij. 3. i. mellis quod sufficit. ¶ Hydropoton ad febrem quotidianam, tertianam, sed maxime quartanam, & ad omnes accessiones & angustias, somnum facit, fastidium tollit, sudorem prouocat. R. ameos, myrrhae, anisi, croci, hyoscyami, opij. añ. 3. ij. chamædryos, apij, petroselini, spermatis mandragorae, thuris añ. drac. i. mel quod sufficit, dabis cum aqua calida. ¶ Ad quotidianam. Si cum typo fuerit, accipiat potionem rubram mistam cum hydropoto ante horas accessionis. post bibat aquam frigidam. Si uero frigus fuerit, magnum uinum bibat, aut aquam calidam. Si uero non profuerit istud, accipiat panchreston, post bibat mulsam. Si uero stomachus fuerit plenus humore, ut uomat, bibat oxymeli, quod recipit aceti phialas. ij. mellis lib. i. seminis radices, & atriplicis añ. unc. i. quae coquantur usque ad medietatem, & ante accessionem bibat, & ieiunet una hora, postea si non uomuerit, accipiat aquam calidam, & bibat. De cibis, ius album manducet de gallina confectum cum oleo phar. porcellos, hœdos. de uolatilibus, fasianos, turdos, perdices, ficedulas. de piscibus, saxatiles, aut affos, aut elixos. de pomis, mala cydonia, & uuas, & mala granata. de uino album & leue. ¶ Potio probata ad frigiditatem, & febrem. Recipe seminis trifolij acuti, opoponacis. serpylli. añ. drac. ij. anisi, foeniculi, amyli, apij añ. drac. ij. farinae orobi unc. i. hæc simul tere, & pone in uino bono paululum, & post colligantur in modum uictoralis ponderis. scrup. ij. dantur cum uino calido. ¶ Electuarium quartanarijs, & quotidianarijs. Recipe siler, piper, amyli, marathri añ.

## GAL. ATTRIBUTVS ALTER

3.i.33. pyrethri añ. 3.iiij. gariophyllorum, galangæ, añ. 3.i. mellis quod sufficit. ¶ *Ad quotidianam, tertianam, & quartanam.* R. rosarū. 3.xx. sacchari. 3.xl. costi dulcis, rheubarbari, arsenici, cinnamomi, nardi, mastiches, spodij albi, sandali citrini, & albi, berberis, gariophyllorum, croci. añ. 3.ij. tere, & confice cum syrupo uiolato. dosis eius. 3.iiij. ante accessionem, & post. *Epithema ut sudor febris exeat.* Semen lini fac bulliat in aqua, induc in panno, & pone super stomachum. *Ad quotidianas acutas in estate.* Si habuerint turbidā urinā, ex sanguine est. Prima, uel secunda die, uel usq; ad septimam phlebotomabis. Si nimius feruor irruerit, hoc fac emplastrum, uel epithema, quod ualet ad febrē acutā, Succum solani tempera cum farina hordei, & induc in panno, & pone super stomachum. Item panem assatum diu, ita ut fiat uelut carbo extinctus, postea tere, & cribra puluerem, & tempera cum uino, & fac epithema. Dieta utantur tali: succo ptisanæ expurgato hordeo. nam hordeum positū in aqua una nocte, tundatur, & ad mensurā unius phialæ ponatur in phialis quindecim aquæ, & coquatur lento igne usq; ad tertiā partem, & coletur per linteolū, & utantur farre molli. & de pomis, malo serico, aut dulcibus amygdalis, & pane in aqua, & de electuario supradicto. Quod si in tēpore autumnū uenerit, & sine typo fuerit, similiter curabitur. Si cum typo, uomitū prouocabis cum aqua calida, & oleo, aut cum oxymelite suprascripto, & si fuerit constrictus, oxymeli catharticū dabis, quod conficitur sic. Mitte acetum, & mel, & elaterij. 3.f. uel fm uires ægroti. De cibis, superius dictum est. Quod si fuerit solutus, cibos stypticos damus. potu utere uino græco. Si uero in suo tempore uenerit cum typo, aut sine typo, primum catharticum dabis ad phlegma deponēdū. i. diacalaminthes cū adriano, uel omnes potiones calidas, ut picra, musa, athanasia, hydrocopion cum aqua calida: cibos suprascriptos: pannis autem, aut ceronium, aut oxyocroceū cum cerotis. Cataplasma recipit hæc, Micam panis, fabæ, ablinthij, farinae foenigræci, omnia æquali pondere, confice cum ouo molli assato, & cum oleo laurino, aut cyprino, & induc in panno, & supra uiscera impone: expertum est. Si autem in tempore ueris, curabitur cum potione rubræ & esdræ. Cibos autem dabis, gallinas, carnes porcorum, & omnium uolatilium: de leguminibus, cicer, far: de oleribus, foeniculos, betas, coctana: de piscibus, saxatiles: uinum album & leue.

*De febribus tertianis cum typo.*

¶ *Ad febres tertianas cum typo.* Musam potionem ante accessionis horam accipiat, & post bibat aquā calidam. ¶ *Ad duplices tertianas.* Utatur hydrocopio, & musa, & rubra quasi una potione. *Ad tertianam mistam quotidianæ.* Panchresto, & rubra, hydrocopio, quasi una potione utantur. *Ad tertianas acutas.* Si uomitu egent, ponatur mel, & acetum, quibus adhibeantur atriplicis. 3.iiij. & utantur. Si cōstipati fuerint, accipias pulueris uiolæ 3.f. & bibant interpolato die cū aqua frigida, & utantur epithemate, quod recipit farine hordei. 3.iiij. rosæ siccæ. 3.i. sandali albi. 3.f. spodij. 3.ij. mastiches 3.i. camphoræ. 3.i. tempera cum succo solani, et quasi unguento ungatur: & utantur de super tegumento stuppæ: & bibant quotidie succum mali granati mane, & post. viij. dies, si urina fuerit turbida & rufa, & nil superiora profuerint, balneo utatur, & fomentetur ex aqua & oleo, & post fomentum phlebotometur de mediā uena dextri brachij. ¶ *Epithema ad omnes acutas febres.* R. ro. feminis portulacæ, sandali albi & rubri. añ. 3.ij. tragacanthæ parum, tempera cum aqua rosea, aut succo mali granati, uel uuæ lupinæ. Si uero uolueris ut dormiat, ungantur frons, & nares, & aures, ex oleo uiolato: & lacte mulieris, & pedes loti in aqua, in qua papauer, & semē lactucæ, uel ipsa herba decoctæ sunt, ungatur. ¶ *Antidotum ad idem.* R. sandali albi, citrini, & rubei. 3.i. tragacanthæ. 3.f. rosæ. 3.iiij. sacchari. 3.iiij. syrupi quod sufficit. Cibos dabis succum oryzae, aut alicæ, ius galli, pisces saxatiles, poma frigidissima: de oleribus, lactucas cum aceto, portulacas, solanum, omnes cibos parum salitos: dabis aquam frigidam, & mulsam de hydromelite: & si fuerit solutus, dabis ei cydonium melle confectum ita. Succū mali cydonij partem. i. mellis partes. ij. coque ad lentum ignem, donec ueniat ad spissitudinē mellis, & dabis exinde mulsam. ¶ *Epithema ad idem.* R. mastiches, thuris, foenigræci, seminis lini, farinae hordei, croci, omnia æquali pōdere, trita distempera cū uitello ouorum, & cum oleo ros. hoc modo confecto: tolle oleū, & rosas cū rore suo, & mitte simul in puteū, aut in aquā uiuā per uiginti dies. postea tolle exinde, & pone ad Solem undecim diebus: postea habeas ad umbrā: hoc oleum frigidissimū est, & si unxeris igneā febrē de hoc oleo, mitigat eā, & solet eam amputare. Hæc eadem febris si fuerit in autumnū, curabitur: si diatessaron temperabitur cum uino, cum rubra, cum mulsā. Cibandi sunt talibus ut est far, simila, & granum bene coctum, carnes pecudum, & pedes porcini, & gallinæ, uinum album & leue. In tempore hyemis, si fuerit cum typo, curabitur cū mulsā, & hydrocopio, & rubra: & si sine typo fuerit, prolongabitur: laxatiuum dabis cū aquā calida, cibos, carnes porcellorum, cerebella eorum, phasianos, et agrestia uolatilia. Quod si fuerit in tempore ueris, curabitur potione rubra, & rosata simplici: quod recipit croci orientalis. 3.i. traga. 3.i. succi liquiritiæ. 3.i. seminis citru. melo. añ. 3.i. rosæ. 3.iiij. tempera cum melle ro. & aqua rosea. ¶ *Rhodofacchara ad idem.* Acciper rosarum albarum lib. i. minutatim incide rosas, & frica bene cū manibus ipsas cum saccharo, & pone in uase, & ligabis, ponasq; ad Solem. lx. diebus donec bene coquatur, et nocte auferes. ¶ *Diacydonion ad idem.* Coctana mūdabis interius & exterius, & coques cum aqua bene, & in una libra pomorum, pone. ij. lib. sacchari, & iterū coques ad spissitudinē, postea addes pulueris sandali rubri, & citrini añ. 3.f. spodij. 3. vi. rosæ. 3.x.

† al. lixoperiū

† al. xl.

**A** 3. x. seminis portulacæ. 3. iij. succi liquiritiæ, succi rhu. traga. seminis cucu. añ. 3. ij. manna, calia fistu. añ. 3. vi. croci. 3. ij. mastiches. 3. i. cāphoræ. 3. i. adde syrapi uiolati simplicis quod sufficit. Cibos dabis, succum oryzæ, aut alicæ, ius gallinæ, & c. sicut superius notum est.

*De febre quartana cum typo.*

Ad febrem quartanam cum typo, si fuerit in æstate, ante horam accessionis dabis potionē musam: si fuerit in hyeme, utantur potione diā sulfuris, & dialthææ unguento: de cibis, utantur rapis, porris coctis, & farre, & ciceribus: de carnibus, porcina, agnina, pedibus porcinis, gallinis: de pomis, malis cydonijs: de uino, neq; leui, neq; forti.

*Ad duplicem quartanam.*

Ad duplicem quartanam, Adriano, & Panchresto temperatis utantur cum balsamo. quartana si fuerit tempore ueris, curabitur potione Esdræ, mista cū potione sancti Pauli, & musa enea. Vnctionem talem facimus: sinapi unguimus dorsum ante unam horam accessionis, cibos aut calidos & stypticos damus: ut lepores, phalianos, perdices, anates, anseres: de leguminibus, granum bene coctum, cicer, fabam fractam: de oleribus, foeniculum, capita raparum, rutas agrestes coctas, uinū rubrū & forte. in æstate uero, ru. mista cum theriaca mundissima cū uino temperata damus: & unguento marciato unguimus totum corpus, ante unam horam accessionis prope ignē donec sudet, & præterea hora accessionis. cibos aut superius diximus. Si tempore autumnū uenerit, curabitur potione adriani, & diacalaminthes, & trochiscis probatis ad quartanā. petrolæū dabis ad bibendū. unguimus totū corpus ante, & retro dialthea, & quotidie damus origanū ad bibendum, cibos uero ut supra. ¶ *Unguentum ad quartanam.* R. cinnamo. 3. ij. croci. 3. i. myrrhæ, styracis, sagapeni, ana. 3. v. laferis. 3. iij. gentianæ. 3. ij. mellis quod sufficit, da in modū lupini, cum aqua calida. ¶ *Ad idem.* Oleo pulegino utere cum nepita, purgat stomachum, & thoracē, cæteraq; membra, ita ut prius utat commistione sancti Pauli, & calidarum potione, confricetur totum corpus cum uino austero.

*De febribus ephemeris.*

¶ *Ad ephemeris febres.* Si nascantur ex calore, utantur tenui balneo, & fomententur ex aqua calida, & oleo: & bibant aquam frigidam, uel tenue uinum: & utantur frigida diætā, scilicet cucurbita, portulaca, malo matiano, uel syriaco, uel succo mali granati: de carnibus, pipionibus, syluaticis uolucris. Si autem ex frigore fuerint, ungetur stomachus oleo mastichino, quod recipit olei ros. 3. ij. mastiches. 3. iij. costi. 3. i. rutæ uiridis. 3. ij. simul in oleo coquantur, & ex ea ungetur stomachus, & detur potio diatrion pepereon. Diætā, accipiant pecorinam carnem unius anni & agninam, & C pipiones domesticos: & bibant uinum rubrum & subtile, & ferantur ad balneum calidum.

*De synocha febre.*

¶ *Ad synocham.* Si ex sanguine fit, uel ex cho. ru. phlebotoma in prima die, uel secunda, aut ad summum in. iij. die. si masculus fuerit, in dextro: si foemina, in sinistro: si uentrem habuerit cōstrictum, clysterizabis ita: accipe succū cantabri, & maluas tunfas, coquantur cum oleo, deinde colato per linteum, & utere. Si aut desiderauerit balneum, concede sibi, & utatur fomento ex calida, & oleo. Diætā utatur tali. succo ptisanæ, & farre molli, & malis matianis, & syriacis, & pane in aqua.

*De homotono.*

Homotonus curabitur sic: potionem rosatam superius scriptam teneat sub lingua usq; dum liquecat, & saliuam eius glutiat. unctionē talem facimus. Oleo roseo frequenter unguimus caput, & præcordia. Epithema tale facimus. R. croci orientalis. 3. f. mastiches, olibani. añ. 3. i. ouorum assorum uitelli quantum tibi uidetur: confice cum oleo roseo, & pauco aceti, super præcordia ponas. ¶ *Item alia unctio.* Oleum roseum, cū portulacæ succo, aut cū succo uerbenæ, aut cum suc. cucurbitæ super præcordia pone. Diætā talem damus: suc. alicæ & suc. oryzæ: à uino abstineat, sed mulsam atticam damus. ¶ *Ad idem.* Si uentrem cōstrictū habuerit: clysterizabis cum succo cantabri, aut D bibat psyllium in tribus aquis lotam, & utatur mali granati succo, & malis, et pyris, & sorbis maturis, & ungetur unctio, quæ recipit succi semperuiuæ, suc. portulacæ, suc. rasuræ cucur. olei ros. ana 3. i. & ungetur ex his totum caput, præter loca ubi cerebrum est: epithematē utantur ut supra.

*De causo.*

Causus nascitur ex cho. ru. nimium sicca circa subtiliores uenas hepatis. Quæ his signis cognoscitur: sitis, & insomnietas est magna, & alienatio prosequitur, & surditas, aut muti fiunt: quando hæc signa ante tridū habuerint, quā febris fiat, dolor capitis sentitur, & buccinæ aurium, ipse dolor cum forti ictu & tremore conficitur. Mederi oportet phlebotomo in principio curationis, & frigida potione, & frigida adiutoria necessaria sunt his, quæ supra diximus. Euacuetur autem humor cholericus, extingatur, & dissoluatur per sudorem, aut per uomitum, aut per uentris solutionem. Certissime autem extinguitur si biberit aquam multā & nimis frigidam: etiam hydromeli bibat, aut lauacrum intret ut sudet, sed non descendat in solium, nec diutius moretur. De escis uero nihil nisi ptisanam manducet.

*De nephritica passione.*

Ad nephriticam passionem, si fuerit ex cho. ru. in dextro latere, detur ei musa, uel iustinum minus, post elixaturam aprij, & foeniculi, quæ conficitur ex corticibus eorum in aqua coctis. si fuerit Spuri. E: in sinistro

## GAL. ATTRIBVTVS ALTER

in sinistro latere; ex phlegmate uel cho. ni. detur ante adrianum, & iustinum maus, cum decocto E  
apij & petroselini macedonici. si fuerit sine febre, uinum bibat: si fuerit cum febre, aqua: & utantur  
emplastro ceronio, & fomentetur cum aqua calida, & succum crescionis per se bibant. Dieta ue-  
ro, omnia calida & leuia: & utantur crescionibus, & alexandris, & urticis, petroselinis, & apio, &  
asparagis: de carnibus, porcina, agnina, hœdina: de uolatilibus, phasianis, perdicibus, turdis, fice-  
dulis, de leguminibus, cicere: de piscibus, nullatenus: de uino, claro & rubro utantur.

### De pleuritide.

Ad pleuritid. Si fuerit ex sanguine, & spuerit sanguinem, phlebotoma de brachio eiusdem par-  
tis. & cozumbrum coctum in patella cum mel. plagellæ imponatur ita, ut refrigerata altera cali-  
da imponat, si fuerit ex cho. ru. utatur electuario, quod recipit amygdalarum. ʒ. ij. pinee mundate,  
† aP. sandali. ʒ. ij. gummi saracenici. ʒ. i. tragaganthi † albi uel rubri. ʒ. i. seminis citruli. melo. cucu. cucur. munda-  
torum añ. ʒ. i. tempera cum decoctione epithymi, amygdalæ purgatæ terantur, & ex suc. aqua infu-  
ciatur, & ita bibat. Si ex phlegmate fuerit: accipiat pilulas ex sagapeno factas, & bibat decoctio-  
nem hyssopi cū aqua, uel puluere facto de caprisico cocto in pice in modū emplastri utatur. Dia-  
ta uero sit, pultes, far molle, & amygdalæ, & bibat aquam eorum.

### De phrenitide.

Phrenitis si fuerit tempore ueris, curabit sic, Venā, quæ in media fronte est post septē dies tan-  
gimus, & eos sternutare facimus cum elle. albo, & euphorbi puluere. q̄ si sternutauerit, bonum.  
unctionem facimus talem. oleo roseo, uel oleo uiol. frontem, & præcordia inungimus. & sapius  
faciē eius aqua frigida irrigamus, ut [ non ] dormiat. Si fuerit tēpore æstatis, unguimus præcordia e-  
ius cū oleo ro. & succo semperuiuæ. ¶ Antidotum Basilij, hemitriticeis omnibus. R. costi, carpobalsami, cel-  
ticæ, gariophyllorū añ. ʒ. i. croci. ʒ. i. nardostachyos, meliloti. añ. ʒ. ij. calicæ fist. foliorum semperui.  
foliorum añ. ʒ. ij. mel. lib. i. aquæ lib. i. & f. aut. ij. tere, & infunde. ¶ Cataplasma ad omnes febres. R. lini  
semen, hordeum, fœnūgræ. absinthium, anethum, apiū, petroseli. libypticū, & lupinos, ex supradic-  
tis farina facta mittas oleum desuper, aut axungiam ueterem, & facto ita cataplasmate, induc in  
lineteolo, & calidum super stomachum impone: omnibus diebus mutando, & calefaciendo.

### De diebus timendis.

Quisquis prima die cuiusq̄ mensis in infirmitatē ceciderit, sequens. iij. dies est timenda: quam  
si transierit, usq̄ ad triginta dies euadet. Qui uero secunda die deciderit. xiiij. timēda est: quā si trā-  
sierit, diu euadet, licet ægrotans. Qui autē iij. die deciderit, sine molestia liberabit in pximo. Et q̄ in  
quarta die incidit in infirmitatē, grauitur usq̄ ad xvij. diem infirmus erit, sed euadet. Quinta die G  
ægrotans, licet grauitur patiat, euadet. Sexta die decidēs licet sanari uideat, quinta tamē die alte-  
rius mensis moriet. Qui septima die deciderit, absq̄ molestia liberabit. Octaua die ægrotās, si nō  
fuerit factus sanus usq̄ ad xv. diem, moriet. Nona die ægrotans, quāuis cum summa molestia, eua-  
det. Decima die, qui deciderit, proculdubio morietur. Undecima die, qui deciderit, in proximo li-  
berabitur. Duodecima die, qui deciderit, nisi liberatus fuerit in xv. die, moriet. Tertiadecimadie,  
qui deciderit, infirmus erit usq̄ ad xvij. quā si transierit, euadet. Quartadecima die si quis decide-  
rit, manebit usq̄ ad xv. diem, & sic euadet. Quintadecima die si quis deciderit, nisi intra xix. dies  
conualuerit, morietur. Sextadecima die si quis deciderit, licet per xxvij. dies moleste, tamē libe-  
rabitur. Decima septima die decidens infirmus, usq̄ ad. xvij. dies euadet. Decima octaua die deci-  
dens subito sanabitur. Decimanona die decidens euadet similiter. Vigesima die decidens. v. die-  
bus euadet, sed tamen sequenti mense moriet. Vigesima prima die ægrotās, nisi periculum mor-  
tis incurrerit, intra x. dies alterius mensis liberabit. Vigesima secunda die decidens, licet. x. diebus  
patiat grauitur, liberabitur. Vigesima tertia die decidens, quamuis cum molestia, altero mense  
liberabitur. Vigesima quarta die decidens ægrotans. xxvij. die, quasi liberabit: attamen mense se-  
quenti morietur. Vigesima quinta die decidens, licet aliquantulum patiat, euadet. Vigesima se- H  
xta die decidens non moriet. Vigesima septima die decidens, licet usq̄ ad exitum patiat, tamen  
in altero mense liberabitur. Vigesima octaua die decidenti mors minat. Vigesima nona die deci-  
dens ægrotans, paulatim altero mense liberabitur. Trigesima die, utrum infirmus euadat, dubium  
est. Similiter, qui trigesima prima die ægrotauerit, utrum euadet, ignoratur.

### De urina, & pulsu.

Quoniam & causarum omnium, & nonnullarum dimensiones, atq̄ imminentis spiritus præ-  
uidere difficile est, urinæ diuersitates, & uarios pulsus arguto stilo conscripsi: ne confusa ratione  
medicinæ uel ordinata quærenti pernoscere fecissent errorem.

### De urina, & pulsu in febris ephemeris.

Ephemeræ febris pulsus est simplex, nō ualde inæqualis, aut sordidus, aut difficilis: quarum ex  
urina, si guttatim fuerit egressa, & patiens dolorem capitis senserit, hemorrhoidas scias esse uentu-  
ras. Si uero ex animi ægritudine. i. tristitia, aut cupiditate, febris nata fuerit: pulsus eius est lassus, te-  
nuis in principio: ita ut putes eum multis temporibus ex longinqua infirmitate ægrotasse. urina  
in his rufior inuenitur, q̄ in cæteris ephemeris febris. Si autē ex iracundia ægritudo nata fuerit,  
& febris fuerit in magnitudine, & in nimietate: pulsus sit non minuens atq̄ desinens. Sicut in his,  
qui